



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Antiquissimus ritus Ruth. 4. 7.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

rimonia solemnis fuit, ut exueret calceum, & proximo suo daret. Meminit hujus ritus vetustissimi historia Ruthæ. *Obtinuit olim in Israel in redemptione & in permutazione, ut firmaretur negotium extrahebat homo calceum suum, & dabat proximo suo, eratque hoc testimonium in Israel: dixit igitur redemptor ad Boaz, posside tu pro me, & extrahie calceum.* Et dixit Boaz ad seniores, & ad cunctum populum, *testes vos estis hodie quod possederim omnia quæ fuerunt Elimelech &c.* Scilicet in redemptione & permutatione, ad firmandos contractus in usu fuit extractio calcei, ut hoc solemnii ritu rei transactæ testimonium extaret, & cuncta rata haberentur, uti apud nos clavium traditio, pedis positio, & alia istiusmodi.

III. Agnoscant hunc ritum Ju-dæorum magistri, & veterem quandam ac solemnem traditionis seu acquirendi dominii formulam fuisse volunt. Ita Abarbanel, qui prolixus est ut ostendat ad venditionem & jus redimendi vel retrahendi patrimonium venditum hanc ex-

Ruth. 4.7.

Abarb. in  
Deut. 25.

Q 7

tractio-